FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Johann Ernst Gerhard.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 28.04.1698

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-16473

Visual Library

98

Ad Dn. Dr. Gerhardum Gothæ.

29 Jesum primogenitum ex mortuis.

Vir maxime Reverende,

Frater in Christo perdilecte!

Spero verbum de resurrectione non inefficax fuis-
se in utraq, & vestrate et Narvensi, foemina!
Aliud tamen serendi, aliud metendi tempus est.
De halcioniis an vobis gratulandum sit, nescio.
Incrementa hominis interioris tanta nonsolent
esse, ubi exterior minq affligitur. De languore
recte nobis, quo nunc omnes sumq rerum statu,
metuimq. Messis ingens, operarij pauci, et in-
ter paucos paucissimi, qui Zelo Apostolico induti,
et antiqua simplicitate præditi sapientiam cru-
cis alacriter sectantur. Quod Jenenses Te nomi-
narint, ingente gaudeo, et, ut verum fatear,
malim Te Jenæ, quam Giessæ Theologiam profiteri,

Luculentius erit intrepidæ fidei testimonium
capessere Spartam Jenensem. Illustrior cer-
tandi campus Tibi Jenæ paratus. Fidei
est in medium certamen, medios fluctus,
medias flammas se conjicere. Viros se suo tem-
pore præstiterunt B. Avus T. atq. Parens.
Tu ut Te virum hoc tempore præstes longe
majori opus erit fidei robore. Prudentiæ car-
nis valedicendum erit, crux Christi suscipi-
enda, hostes crucis fugiendi, confundendi,
veritati perhibendum testimonium, testes
veritatis amplectendi, defendendi. A commu-
ni methodo Theologiam docendi recedendum
longissime, qua plane nihil effectum hacte-
nus. Plusquam herculeo labore repurgandum
erit, quod Jenæ est, Augiæ stabulum. Frons
hypocritis pariter & Epicureis opponenda. Or-
thodoxum audire, flocci faciendum, sed poeni-

tentiam et fidem excitandi prius Studiosi, quam in speculationum pelagus immittendi. Gratis dan-dum quod gratis acceptum, vel id saltem viden-dum, ne qua mercenaria videri posset opera di-vina benedictione privetur. Multa hinc negli-genda & abneganda vitæ commoda, quibus alij fruuntur. Ast plures publice privatimq suscipi-endi labores, quam mercenarij suscipiunt. Non expectandum ut aulis ac Consistorijs ipsis tui conatus probentur. In eo te vera Christi membra Servum J. Christi agnoscent, cum te rejici à mundo videbunt. Superatis gravi certamine gra-vius imminebit. infractum, imperterritum, constan-tem, et, ut verbo dicam, VIRUM DEI ubi te præ-stiteris, salvus eris, victoria atq corona tibi parata erit: quæ ut tibi obtingat ego precibus à Deo enixe con-tendam. ΣΩΥΣΑΦΟΡ de morte Arndij grata mente remitto. Vale & à Dn. Coll. meis salve.

Halæ Magdeb. 1698 d. 28. April.

T. T.

A. H. Francke.